

~~SW~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

W-26.

SIGNAT. 1519 CCCXIII.

Stückzettel erled.
14. XII. 1944.

DISPUTATIO III.
ETHICA
De
ACTIONIBUS
HUMANIS.

Quam
DEO TRIUNO ANNUENTE
In Illustri & celeberrima Academia VVittebergensi.


PRÆSIDE
Clarissimo Philosopho.
Dn. M. IACOBO MARTINI,
Logices & Pract. Philosop. Pro-
fessore publ.

Proponit
PETRUS NYSSENUS HATTHERSLEBIENSIS
Holsatus.

Addiem 6. Aug: Loco & Horis consuetis.
VVITTEBERGÆ
E Typographeo JOHAN. GORMANNI.

Anno M. DC. XIV.





DISPUTATIO III. ETHICA.

De Actionibus Humanis.

Continuatio.

Actiones habitum creant; (a) habitusq; hinc Qualitas ex crebris actionibus comparata definitur, (b). Disquisitionem igitur de caussis virtutis Moralis, inter quas principem proximumq; sibi vendicant Actiones locum; specialior de actionibus humanis diaconus succedet.

(a) Scalig.lib.1.dere poëti.cap.2. (b) à Philippo Melanchthon.

THESIS I.

Actionis igitur humanæ principia & adiuncta potissimum sunt: τὸ ἐκάστον καὶ αὐτόν: ή ὁραιότερος: ή βόλησις: ή βόλησις καὶ πάντες.

II.

Lubet ab αἰγσίῳ invito auspiciū sumere: quia ejus natura celerior & apertior putatur, & Philosophus quoque tum Ethicis Nicomachicis tum alibi hunc servat ordinem.

lib.3.Ethi.Nicom.cap.1.lib.1.M.M.cap.13.Picol.gra.2.cap.12.

III.

Invitum dicitur τὸ βίᾳ ή δι αἴγνοιαν γεγνόμενον: quod quispiam aut vi coactus, vel per ignorantiam admisit.

Aristot.lib.3.Eth.Nicom.cap.1.lib.1.M.M.cap.13. & lib.2.Eud.cap.7.

A 2

Ex qua

IV.

Ex qua descriptione duplex (c) invitum colligitur: unum quod est *βίασον*, violentum, cum vi coacti aliquid agimus; aliud dī *ἄγνοιαν*, quando per ignorantiam aliquid committimus. Qui enim sponte agit, (d) vel naturam rei, vel cognitionem sequitur; ideo & invitum geminum est: dum spontaneo priori *ἀνέγνωστον βίασον*, posteriori *ἀνέγνωστην διάγνοιαν* adversatur.

(c) Aristot.lib.3 Eth. Nicom.cap.1. Ita IC. quodammodo duplex invitum ex principiis, si alio aut contradicente, aut ignorantie quid fiat l. qui potest 26. ff. de divers. reg. Iur. Et elegans locus est apud Dec. in l. qui potest 26. n.3. de reg. Iur. (d) Piccol. gra. 2. cap. 12. Gol. lib. 3. cap. I.

V.

Invitum violentum Philosophus id dicit (e) cuius principium est extra agentem, adeo ut is, qui agit vel patitur, planè nihil adjumenti ad illam actionem conferat. Exempli gratia, cum Gasmymedes à Jove rapitur, est invitum violentum.

(e) lib.3. Ethi. Nicom. cap.1. lib.8. Physi. cap. 4.

VI.

Ubi duo notanda veniunt: primum requisita, deinde divisio. Requisita data definitio enumerat tria. 1. ut principium ejus sit *ἔξωθεν*. 2. Ut sic satis validum ad motum illum perficiendum. 3. Ut agens vel patiens nihil adjumenti ad illam actionem adferat.

VII.

Violentum dividitur in *ἀπλός* absolute & simpliciter sic dictum, quod jam definitum, & in violentum secundum quid. Estq; quando aliquid vel *διὰ Φόβον μείζονα κακῶν*, vel *διὰ καλού* magimus. Unde tertia actionum classis Mixtarum nempe emergit. Qualis actio nautarum est, quando oborta tempestate merces in mare projiciunt, ut seipso salvent.

VIII.

Mixtae vero dicuntur hæ actiones, quia non sunt unius generis, Sed partim invitæ, partim voluntariæ existunt. Si enim *ἀπλός* sine respectu ad finem tales actiones consideraverimus, tum invitæ videntur; Si vero finem respexerimus, non invitæ sed voluntariæ videntur similiores: Quia actionum harum fines, circumstan-



cumstantiae & principia sunt in ipso agente: quia actionis finis
tempus, in quo actio suscepta, moderatur.

IX.

Difficile interim est & $\chi\alpha\lambda\epsilon\pi\omega\tau\epsilon\varrho\nu$ de his mixtis actioni-
bus judicium ferre, propter mentis humanae imbecillitatem, pro-
pter voluntatis humanae in constantiam, propter circumstantia-
rum varietatem.

X.

Hæc de actionibus mixtis: ubi simul & illud dissolvendum
occurrit, cujus generis illæ sunt actiones, quæ ob volupratem su-
sciipiuntur, seu an jucunda etiam sint violenta.

XI.

Nos cum Philosopho (f) hoc affirmare $\alpha\tau\pi\pi\nu$ esse statui-
mus. 1. Quia hac ratione omnes actiones humanæ essent violentæ,
sicq; nulla relinqueretur libertas hominum: cum quælibet actio
secunda vel præsentem, vel subsecutur adferat volupratem. 2.
Quia omnia violenta sunt molesta: Quæ vera jucunda sunt, mo-
lesta non sunt. 3. Quia ad violenta difficulter pertrahimur:
ad jucunda verò sponte & natura ferimur. 4. Quia sic honestæ
actiones violentæ essent dicendæ; cum illis maximè jucunditas
insit: absurdum. 5. Quia violentum est, cujus principium est
extra agentem, & ad quod is, qui vim patitur, nihil adjumentum
confert: Turpes verò actiones, quibus inest voluptas, non habent
externum principium, neque etiam ipse agens nihil adjumentum
confert ad eas.

(f) lib. 3 Ethic. Nicom. cap. 1.

XII.

Sequitur jam invitum di $\alpha\gamma\nu\omega\alpha\tau$, quod prius determinari
nequit, quam differentiae ignorantiarum, quæ est complexum quid,
explicantur.

XIII.

Prima ergo ignorantiarum differentia somitur ab adjuncto:
Factum enim per ignorantiam vel subsequitur dolor, & dicitur
 $\alpha\gamma\nu\omega\alpha\tau\alpha\lambda\pi\lambda\nu\pi\sigma\zeta$: vel non, & vocatur $\alpha\lambda\nu\pi\pi\zeta$. Prior ex-
cusatur, posterior neutram. Sic Judas (g) excusat
à flagitio incestus; eo quod illam cum qua rem habuit,

A. 3.

Tigitur: unum
agimus; aliud
necessarius. Qui
nem sequitur;
i $\alpha\gamma\nu\omega\alpha\tau$ Blay-
do duplex invitum
te quid fiat l. que
nd Dec. in l. que
sol. lib. 3. cap. 1.

cujus principi-
ur, planè nihil
ratio, cum Ga-

deinde divi-
cipium ejus-
ficiendum.
Bionem ad-

mpliciter sic
undum quid,
vel dia $\chi\alpha\lambda\pi$
nempe emer-
estate merces

ont unius ge-
nt. Si enim
eraverimus,
on invitis sed
ram fines, cir-
cumstan-



nurum suam esse ignoravit, & ejusdem imprægnationem postmodum improbavit.

(g) Gens. 38.

XIV.

Secundum discrimen sumitur à persona: Sic enim inquit Philosophus (h) ἐτερον γένεται τὸ διάγνοιαν περὶ θεού, τὸ διάγνοιαν τοῦ αὐτοῦ. Nempe discrimen aliquod est inter Agere ignorantem, & Agere per ignorantiam. Prior non solum actionem, sed etiam causam, quamobrem sic agat, nescit. Ut Noha & vim vini ignorabat, & se nudum jacere nesciebat. Posterior sibi ipsi ignorantiam accersit, sicq; actionum subsequentium ignarus redditur; ad quod fit in reliquorum ebriorum facinoribus,

(h) lib. 3. Ethic. Nicom. cap. 1.

XV.

Tertiò ratione objectorum. Ignorantia alia est καθόλη, universalis; alia τὸν καθ' ἕκαστα: Illa in foro ignorantia Juris (i) hæc facti dicitur.

(i) Hæc Iuris ignorantia alias etiam Iuris consultis dicitur supina. l. nec supina 6. ff. de Iur. & fact. ignor. item Resupina. l. Servius 4. ff. quod vi aut clam. Et negligentia summa. l. regula est 9. §. sed facti. 2. ff. d. Iur. & fact. ignor. Et Affectata, N. 66.

XVI.

Est autem ignorantia universalis (quæ & ignorantia τὸ τέλος, ἐν τοπογραφίᾳ, τὸ καλὸν καὶ τὸ συμφέρον) à Philosopho dicitur quando ea ignoramus, quæ in qualibet actione jure debebamus & poteramus scire ac nosse, qualia sunt: honestas, finis & utilitas cuiusvis actionis, jura civitatis, in quia quis adscriptus, & officij demandati partes. Hac ignorantia Judas Christum cruci gradidit Matth. 26.

XVII.

Ignorantia facti est, quando ἕκαστα ἐν τοῖς καὶ τῷ αὐτῷ περὶ εἰδήσις ignoramus: seu cum quis reliquias circumstantias nescit, neq; ad res attendit, uti sunt: subjectum, tempus, locus, modus, instrumentum & similia. Si hanc coniatur color, verè invitam reddit actionem: cui quoq; venia danda, priori non itidem quia κακὸς efficit.

Vide Piccol gr. 2. c. 12.

Jam

Ja
quis non
tū end
penitet. C
cerentis.

Aeti
invita non
brutorum
agentem..

Spont
mē cognosc
properea il
(k) Ar

Ester
dis iuxta
protoplastor

Arist. lib
End. cap

Hæc ten
cipia, qualia
lectio: quæ
tionem indu

A Proæ
Quamvis au
Properea. n
sus & species
nim puerilibr
prudentibus &

Nequæ



XVIII.

Jam itaq; invitum per ignorantiam definimus id esse, quod quis non solum ignorans, sed & per ignorantiam, & quidem τῶν ἐκάστων agit, cuius quoq; agentem, ubi errorem agnoscit, pœnitet. Quale est factum Abimelechi, uxorem Abraham ad se aequaliter sentis. Gen. 20.

XIX.

Actiones vero ex ira, cupiditate, Similive affectu admissæ invitæ non sunt: quia hactenue omnes actiones puerorum, brutorumq; tales essent: Et quia principium illorum non est extra agentem..

XX.

Spontaneum ex doctrina Inviti hactenus explicata, faciliter cognoscere licet: quia (k) contraria contrariis lucem adferunt: propterea illud definitissime sufficiet:

(k) Arist. lib. 2, de cœlo cap. 3. item in Topicis.

X XI.

Est ergo ἐκάστον id, ὃ οὐ δέχεται ἐν αὐτῷ εἰδόντα καὶ ἐκατεύθυντος οὐ πεπάξει: cuius principium est in volente & sciente: ut lapsus protoplastorum & innumera alia.

Arist. lib. 3. Ethi. Nicom. cap. 1. lib. 5. eor. c. 8. lib. 1. Mag. Mor. cap. 17. lib. 2. Eud. cap. 8..

XXII.

Hactenus de adjunctis actionum, sequuntur earundem principia, qualia sunt: Libertas arbitrii, Voluntas, Deliberatio & Electio: quæ maximè viam ad actiones aperiunt, earumq; cognitionem inducunt..

XXIII.

A Proæresi igitur, ultimo actionum principio exordiemur. Quamvis autem eam ἐκάστοντι εἶναι statuamus; nemo tamen propterea nos pro eodem urraq; sumere, utpote quæ ut genus & species, ut latius & angustius differunt, opinetur. ἐκάστον enim puerilibus etiam ut repentinis actionibus, ἀργαίεσσι, solum prudentibus & tempus requirentibus, competit.

XXIV.

Nequis ἀργαίεσσι idem, quod ἐμβύμια, est: quia ἀποθύει μια.

*usia & brutis competit: Et competit (l) incontinentibus: & recte
(m) rationi repugnat: ὥργαισις vero ab his aliena est.*

(l) Arist.lib.7.Ethi.Nicom.cap.4.(m) ibid.lib.7.cap.3.

X X V.

*Neque etiam θυμὸς sive Ira est ὥργαισις: quia θυμὸς nec
temporis moram.nec deliberationem admittit; quemadmodum
ὥργαισις: sed furor iraq; mentem præcipitant.*

X X VI.

*Neque βέλησις est: licet magnam cum hac cognitionem
habeat: quia βέλησις est etiam (n) τῶν ἀδύνατων, versatur circa
aliena & respicit finem προάρπεσις autem est possibilium: versatur
circa propria: & respicit media ad finem ducentia.*

(n) Arist.lib.3.Eth.Nicom.cap.2.¶.3.

X X V I I.

*Quod δόξα sive opinio non sit προάρπεσις, quis non videt?
Est enim δόξα τῷ πάντᾳ etiam τῷ τὰ αἰδία καὶ τὰ αδύνατα: Il-
la verò dundaxat τῶν ὄντων καὶ τῶν προχθέντων:*

X X V I I I.

*Cum ergo ὥργαισις non sit cupiditas, neque ira, neq; vo-
luntas, neque opinio; concludimus primò pingui Minerva ὥργαι-
σιν esse ἐκάστον προβεβλημένον, spontaneum prius delibera-
tum. Deinde accuratius ὥργαισιν εἴναι βέλησικήν ὅρεξιν τῶν ἐφ’
ημέραν, appetitum ex consultatione provenientem earum rerum,
quaes in nobis sunt.*

*Arist.lib.3.Eth.Nicom.cap.2.¶.3.lib.1.eor, cap.2.lib.1.M.M. cap.18 &
lib.2. Eth.Nicom.cap.10.*

X X I X.

*Posthac de consultatione agemus, cuius objectum est τὸ βέ-
λησικόν: quod ad eos pertinet homines, qui mentis sunt com-
potes.*

X X X.

*Non verò hoc βέλησικόν objectum omnibus rebus tribui
potest: non aternis, non naturalibus, non pateritis, non fortuitis,
non rebus alienis: quod isthac partim sese uno eodemque mode
habeant, partim mutari non non possint.*

31. Circa

XXXI.

Circa quæ igitur tandem est βέλος; Certe circa nullas res alias quam humanas, & quidem eas tantum, quæ propriè ad nos pertinent, & per nos videntur effici posse, quarumque even-tus non nihil incertus est & dubius.

XXXII.

Subjecto sic constituto, tria porrò in omni Consultatione sunt observanda: Initium Consultationis, Medium & Finis.

XXXIII.

In initio præcipit Philosophus, ut certus scopus præfigatur consilijs, nec non in rebus arduis & gravioribus socios συμβάλγε nobis adjungamus.

Arist.lib.2.Eud.ept.11.ab.6.Ethi.Nicom.cap.5.

XXXIV.

In medio primum mediorum multitudo consideranda, ut ex plurimis eligamus quæ partim facilia, partim optima, partim honestissima. Deinde ut, si fieri possit, pauca eligamus, & ab eo initium faciamus, sine quo ad reliqua pervenire non possumus.

XXXV.

In fine videndum, an ea, de quibus consultamus, sint τῶν δυνάτων; & si sint, manus admovendæ: si verò non sint, amovendæ. Nihil tamen refert, utrum nos ipsi, an per alios agamus: quicquid enim per alios agimus, per nosmetipos, age-re videmur.

L. aut qui aliter s. s. hæc verba 8. ff. quod vi aut clam. & l. deniq; 13. s.
Si colonus 6. ff. quod vi aut clam. & s. Si igitur Inst. qui cum eo, qui in alien. Arist.lib.3.Eth.Nicom.cap.3.

XXXVI.

Quæ cum ita sint, facile inde patet hominem esse actionum suarum δέχεσθαι: patet itidem hinc, quomodo exposita hactenus principia (Electio scilicet & Deliberatio) erga se invicem sint affecta.

XXXVII.

Differunt autem 1. objectis: quia deliberamus de incertis, eligimus certa, 2. tempore. Consultatio enim prior τῷ χρόνῳ est,

B

Electio

Electio posterior, 3. subjectis: quia $\beta\gamma\lambda\eta\sigma$ solius mentis est
energeia: $\omega\gamma\alpha\gamma\epsilon\sigma$ autem adjunctam insuper habet voluntatem.

Arist. lib. 6. Ethic. Nicom. cap. 2.

XXXVIII.

Est itaque haec nihil aliud, quam intenta per rationem in-
vestigatio & inquisitio mediorum, quae in agendo ad finem o-
ptatum subsequendum accommodata videntur.

XXXIX.

Sed ad $\beta\gamma\lambda\eta\sigma$ voluntatem, tertium humanarum
actionum principium transeamus quam ipsius finis esse ex præce-
dibus etiam patet.

XL.

Objectum hujus apud veteres controversum erat; ita ut
quidam ex distinctione boni $\alpha\pi\lambda\omega\varsigma$ Φαγομένων dixerunt $\tau\eta\varsigma$
 $\beta\gamma\lambda\eta\sigma$ objectum esse circa bonum $\alpha\pi\lambda\omega\varsigma$: quidam vero esse
circa bonum Φαγόμενον.

Arist. lib. 3. Ethic. Nicom. cap. 4. lib. 2. Phys. cap. 3, t. 31. Plato. lib. 6. de
Repub.

LXI.

Sed priorem, quæ stoicorum erat, sententiam absurdam
esse inde patet: quia hac ratione voluntas improbi, quæ ad ma-
lum finem tendit, non esset dicenda voluntas, vel finis ille,
quem malus expetit, revera bonum erit, quod utrumque absur-
dum.

XLII.

Sic posterior Nempe Academicorum assertio subsistere ne-
quit, cum hoc pacto nihil suâ naturâ bonum futurum sit: nec
voluntatis certum, sed planè incertum & contrarium objectum
existeret.

XLIII.

Istis igitur opinionibus missis, Philosophi sententiam ut
veriorem amplectimur, qui cum vera, cum apparentia bona
subjectum voluntatis esse statuit. Nemo enim malum, quatenus
tale, quippe φθαρτικόν, expetit.

44. Et

XLIV.

Et quia duplex hominum genus haberet: aliud τὸν σπουδάσαν, qui bona, revera talia agnoscunt & expertunt: aliud τὸν Φαύλαν, qui ut plurimum ad bona apparentia feruntur: duplex genus τοῦ Θελητῆ inde quasi emergit: quorum unum est τοκείδρον voluntatis viri cordati & boni, nempe bonum αἰπλός: quia viri boni est de rebus bene posse judicare: in altero, nempe Bono Φαινομένῳ, voluntas hominis mali & improbi occupatur. Quia hujus judicium volupate est corruptum, ne sciat quæ sequi aut aversari debeat.

Aristot. lib. 3. Ethi. Nicom. cap. 4. lib. 2. M. M. cap. 9. lib. 3
Polit. cap. 3. lib. 3. Ethi. Nicom. cap. 1. lib. 2. Magn. Mora
cap. 3.

XLV.

Causa hujus rei, quod non omnes ad idem feruntur bonum sunt habitus diversi. Nam vir bonus bonis habitibus praeditus est, & illorum beneficio non solum bene de rebus judicare, sed & vera bona præ malis affectare potest: Econtra Mali viri animus vitiōsis praeditus est habitibus, & ob id corrupte de rebus judicat, nec aliter res affectare potest, quam utide illis judicat.

XLVI.

Restat quartum actionis humanæ principium, Libertas scilicet Voluntatis. Verum quia ejus Disquisitio superior est, Peculiarem videtur requirere tractationem,

nem,

B 2

Co-

COROLLARIA.¹

1. An aliquod medium dari posſit int̄ vel-
le & Nolle? omnino.
2. Utrum nulla prorsus consultatio de scienti-
is rebusq; alienis sit instituenda? Nulla.
3. Voluntas, quā voluntas, an nunquam
coacte agat? Nunquam.
4. An affectus cadant in virum Bonum?
Cadunt.
5. An Plutarchus recte senserit: hominem esse
miserrimum animal quia pluribus affectibus
sit obnoxius, quam bestia? Non recte.



EXCELSA ET ORNATA LIBRIS
EXCELSA ET ORNATA LIBRIS

Ornatissimo & humanissimo

Dn. RESPONDENTI,



Il virtute potest inquam præstantius
esse,

Ipsa sibi præstat præmia magna
satis.

Quid deceat, quid non deceat, docet
inlyta virtus,

Et potis est hominem reddere
sola bonum,

Mores ingenuos reddit, vitamq; decentem;
Cultoresq; iuos hæc super astra locat.

Actio at accedit, quia laus virtutis in actu est;
Actio virtutis non nisi celsa petit.

Quâdum, PETRE, frui magno conamine tentas,
Ex animo cæptis omnia fausta precor.

Perge alacri cursu rectam contingere metam,
Sic studio capies præmia digna tuo.

Sincerioris affectus ergo ap-
ponebat

NICOLAI WOLDENBERGIUS
Cremph. Holl. Contub.

B 3

On

inter vel.
de scienti-
ulla.
unquam
Bonum?
minem esse
s affectibus
e.



Ornatissimo & Doctissimo Dn.

R E S P O N D E N T I

Gratulatur

MICHAEL BARBAROSSA
Lubecensis.

ACtio virtutum est prestans & nobile semen,
Actio virtutum est augmentum nobile &
ingens,
Actio virtutum est benè nobile complementum:
En nimis appositiè probat hoc Xenophontia Virtus
Se q̄ suamq̄ Herclidum vult ostendere dextrè
Naturam ingeniumq̄ suum, narrando trecenta
Facta, quibus summè se commendare laborat.
Quarè agè cum tantum laudis ferat actio recta
Inde & amice tuos merito collaudo labores,
Semen, & augmentum, complementumq; deco-
rum

Virtutis summo tu dum conamine queris
Fac agè, perge vigil, querendo, sedulus urge,
Fac ita, Sic quæstum facies (mibi crede) sat amplum.

F I N I S.

OS(+)S
¶



Л
и иконах от яища и хмур газ
Он Степану до лошади
Агриппину спасибо
Маркелю и Евгению
Богдану
Дн
Изгнаны овоя въ
Софии креста
Дн
Эл поганя на да въ
запахъ сюи
жаждъ жаждъ
зажигаетъ
и мое чисто
Е

Ung. VI 26

= [Dissertationes
Theol. Vv. 70]

ULB Halle
002 673 452


3



5b.

VD 17





Farkarte #13
B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Inches
1 2 3 4 5 6 7
Centimetres
1 2 3 4 5 6 7
8

RATIO III.
THICA

78

De
ONIBUS
MANIS.

Quam

JO ANNVENTE

na Academia VVittebergensi.

ÆSIDE

to Philosopho.

OBO MARTINI,
et. Philosop. Pro-
re publ.

ponit

HATTHERSLEBIENSIS
lsatus.

oco & Horis consuetis.

EBERGÆ

HAN. GORMANNI.

1. DC. XIV.